

COMMUNICATIONES

RAYMUNDUS TELLERÍA

D. IOANNES OLIVIERI,

S. Alfonsi cliens spiritualis, hospitator et cooperator

Hisce diebus, dum lenta manu pervolvi schedas atque adnotaciones paucitatem a me acervatas super dominibus neapolitanis familiae de Liguoro, occurserunt mihi et nomen D. Ioannis Olivieri et documenta quaedam illum resipientia. Ex professo nunquam reservavi indagines speciales huic S. Alfonso clienti seu filio spirituali, sat habens ipsum non praetermittere in occasionali accessu ad fontes archivorum tali viro proximiores. Hodierna ergo communicatio, procul a disquisitione rem exhaustente, praebebit notitiarum fascem dispersum, at complectentem novas tabularii laminationes, quibus melius clarescunt vincula clientalia, nimurum venerationis, amicitiae, hospitalitatis, cooperationis et sic porro, quae decursu triginta circiter annorum devinxerunt D. Ioannem Olivieri cum S. Alfonso, cuius hortatu atque exemplo ille ad Christi amorem redierat.

1. - *Breve curriculum vitae D. Ioannis Olivieri.*

Reipsa nondum inveni nec in baptismi libris quae sivi annum suum natalitium nec in instrumentis infra relatis adfertur quidquam concretum super illius aetate. Quotquot de eo locuti sunt testes, haud exclusis ipsis sororibus, connotant indolem eiusdem iuvenilem, pronam illecebris mundi et passionum incentivis (1). Ipsum acriore calamo describit P. Tannoia, de clientis moribus certior factus ab eodem D. Ioanne, qui post suam conversionem fortasse auxit ex humilitate gravitatem culparum (2). Instrumentum, quo ex vitiorum coeno reductus est ad Ecclesiae viridarium, tenuerunt manus, vox et cor S. Alfonsi: hic etenim, pro sua erga animas lapsas carita-

(1) « D. Giovanni Oliviero era giovine brillante... : suoni, balli, faceva l'amore. Avendo inteso una predica di Alfonso, lasciò tutto, si diede a Dio con un modo speciale, e si fece penitente di Alfonso. Questi l'amava teneramente ». AG XXVII, 30. Testis est « Suor » Angela, soror eiusdem D. Ioannis Olivieri.

(2) « Un gentiluomo conosciuto da me mi attestava che, giovanetto, essendosi presentato ad Alfonso carico al non più di peccati, e troppo enormi ». [A. TANNOIA], *Vita*, lib. I, c. 12, Napoli 1798, 41.

te, immo pro neapolitano suo sensu leporis faceto (*umorismo*), peccatoris viscera confixit iaculo amoris erga Christum (3); adeo quidem efficaciter, ut posthac vitam ageret plene christianam, privatim ac publice deditam Dei servitio, sed potissimum respondentem S. Alfonsi hortamentis, consiliis necnon necessitatibus.

Non valeo stabilire cum certitudine tempus conversionis suae ac subsequentis amicitiae cum S. Alfonso, sed illud fas est dimetiri probabiliter intra terminum a quo et ad quem. Enimvero quoniam S. Alfonsus auctus est dignitate sacerdotali die 21 decembbris an. 1726 et, ex alia parte, inter illius poenitentes D. Ioannes accensetur a documentis an. 1733, ecce utriusque termini a quo et ad quem intervallum extremum: medium autem defigendum puto versus annum 1729 quo S. Alfonsus, apud « Sinensium » collegium convictor, factus est fere rector attiguae ecclesiae ibique iniciavit ministeria reconciliationis et sanctificationis pro animabus Christi sanguine redemptis: ex quibus distinguendus est D. Ioannes, qui deinceps usque ad vitae suae occasum redonavit sancto missionario munera accepta, quatenus beneficia spiritualia compensari poterant servitiis temporalibus.

Servitia non pauca confessario suo itemque moderatori spirituali ipse deferre curavit, quin negligeret res suas domesticas aut negotia publica, quibus erat addictus. Inter negotia domestica excelluit, ut par est, matrimonium suum, de cuius existentia mentionem olim fecerunt testes cum vocabulo generico (*casato*). Nunc vero quaedam, non multa, concreta docebemur (Doc. II, III), videlicet quod anno 1747 cohabitabat ipse cum uxore D. Margarita Crescenzi, cuius dotem cessit in beneficium D. Herculis de Liguoro. Attamen factum dandi mutuo summam 500 ducatorum, implicantium dotem uxoris, innuere posset matrimonium contractum fuisse non nimio tempore ante nummariam operationem. Vigebat namque mos collocandi dotes uxorum apud amicos, praevia pactione de fenore reddendo: quod sane, in casu D. Ioannis et D. Herculis, sueto inferius concordatum venit.

Ex alia autem parte documenta citata nobis supponere sinunt quoddam aetatis discriminem inter coniuges, saltem si quaestionem pensitamus lance ordinaria. Enimvero cum morti occubuit D. Ioannes an. 1759, accedebat (ni fallimur) ad sexagesimum aetatis suae annum: uxorem autem compirimus post octo annos (1767) alii viro nuptam et capitalia dotalia recuperantem (Doc. II). Quod tamen D. Ioannes iunior, ante quam sibi D. Margaritam desponsaret, priores nuptias cum alia uxore mox defuncta celebrasset, manet inter possibilia, sed hucusque non fulcitur documento historico. Per transennam sublineamus nomen D. Alexii Crescenzi, fratris D. Margaritae, aemulatoris leviri sui D. Ioannis in benevolentia erga Institutum alfonsianum (*infra*, nota 22).

(3) Pergit P. Tannoia: « Avendo terminato [Olivieri] il racconto, richiesto da Alfonso se ci era altro: *Non ho più che dire*, tutto freddo rispose. *Non hai più che dire?*, ripigliò Alfonso: *il ciuffo ti manca per esser Turco... Dimmi che male ti ha fatto Gesù Cristo?*. Queste parole, uscite dal cuore e con energia di spirito, colpirono talmente il cuore del penitente, che gelò... Essendosi posto nelle mani di Alfonso, più nol lasciò per fin che visse ». *Ibid.*, 41-42.

Munia publica quibus ad vitam alendam functus est D. Ioannes solent exprimi modis dicendi captui nostro aliqualiter imperviis. Anno siquidem 1736 in inscriptione epistolarum vocatur: « Officiale della Beneficiata » (4). Sub vocabulo « Beneficiata » intelligunt periti ludum publicum aleatorium sive sortitorium (*gioco del lotto*), cuius regimen substabat Neapoli commissariis atque officialibus regiis. Stante opinionum certamine tunc vivace circa liceitatem huius ludi inter regem et subditos, tenebat commissarios officiales obligatio severae administrationis atque intemeratae fidelitatis erga principem: eo magis, quod a pluribus annis Neapolis Romae indixerat bellum in hac materia chartaceum, ex quo ludus aleatorius romanus alliciebat fortius lusores praemio ditione, minore autem expensa (5). Hac de causa intelligitur facile amaritudo nostri D. Ioannis Olivieri, quem an. 1741 innocentem reperimus carcere damnatum inter sontes officiales, quibus populi vox adiudicabat gravem nummorum subtractionem (6). A culpa ergo immunitis cum esset ac declararetur, coniectamus illum in suo officio perrexisse, quin tamen inde divitias acervasset: hinc fit altius meritum abnegationis ac caritatis, quibus semper cingere voluit S. Alfonsum eiusque sodales, domi suae hospites periucundos.

2. - *D. Ioannes Olivieri, S. Alfonsi domi suae hospitator benevolus.*

Ex unione sua matrimoniali minime videtur D. Ioannes suscepisse filios aut eosdem diutius vixisse. Quamobrem, ante vel post matrimonium, vacavit Deo et muniis suis, domi circumcessus sororibus DD. Teresia atque Angela, quas sub finem vitae delegit heredes universales. Utramque novit S. Alfonso a primis apostolatus sui diebus et edocendas curavit in via Domini: praesertim D. Angelam, cui in tardioribus documentis praefigitur nuncupativum « Suor » (7), et a cuius ore procedunt notitiae posteritati mandatae.

(4) Ecce inscriptio cuiusdam epistole Rev.mi Falcoia, datae die 10 augusti an. 1736: « Per il Rev. Fr. D. Cesare Sportelli nel collegio del SS. Salvatore. Villa de' Schiavi: raccomandata per il recapito al Sig. Giovanni Oliviero, officiale della Beneficiata: vicino il conservatorio di S. Onofrio alla Vicaria ». Mons. TOMMASO FALCOIA, *Lettere*, ed. O. Gregorio, Roma 1963, 313.

(5) Cfr G. GALANTI, *Nuova descrizione delle Sicilie*, II, Napoli 1788, 252: « Fu abolito nel 1687... Il gioco sussisteva al profitto delle altre nazioni: ciò obbligò il governo a rimetterlo nel 1713. Si rinnovava nove volte all'anno. Nel 1780 il lotto di Napoli fu valutato in anni ducati 200 mila di prodotto netto. In questi nostri tempi io trovo essere l'introito generale intorno a duc. 708.000... Del lotto di Roma presso a poco simile è l'introito, e di poco le spese sono minori ». Circa hunc ultimum ludum: « Lotto di Roma. Si giochi in Napoli, e si riservano le pene contro coloro che, non ostante tale comodo, giucheranno per Roma. Decreto 10 settembre 1773 ». - *Dizionario delle leggi*, III, Napoli 1788, 23.

(6) P. Sarnelli die 18 febbraii an. 1741 communicat S. Alfonso, Iuranis commoranti, nuntium de D. Ioanne Olivieri: « Vi avviso di più come Olivieri, per grazia di Dio, sta libero: ed io tremavo perché vi sono stati frodi orrende sopra al Re sopra la Borsa ufficiale, di 100 mila e più docati dagli stessi ufficiali ». AG Epistolae Ven. Ianuarii Sarnelli, ed. Kuntz, f. 253.

(7) Quanquam vocatur praenomine religioso « Suor Angela », remansisse videtur apud se, prouti mos erat pluribus devotis feminis, vulgo dictis « bizzoche », quae non raro votis privatis ligabantur. « Suor Angela » digna fuit quae, post S. Alfonsi obitum, eius visione gloriosa recrearetur. KUNTZ, l. cit., f. 423.

Nihil porro mirum quod instar novae Bethaniae oblatum fuerit S. Alfonso huius christianaæ familiae domicilium quasi mentis ac cordis perfugium, quoties ex Instituti domibus per provincias dispersis cogebatur Neapolim ad tempus reverti nec opportunum existimabat deverti in domesticos lares: etenim amicitiae refugium apud Olivieri nequaquam annullabat duplex familiae hospitium a me in alio articulo illustratum (8): ita ut pro temporis, negotii vel personarum adiunctis suetus esset zelans missionarius adire, modo unam, modo alteram domum.

D. Ioannis domicilium nec mansit semper idem, nec facile identificari hodie potest, quia de illius situ atque confinibus sese exprimunt documenta verbis genericis, tunc in materia usitatis: indicationes eo magis generales, quod ipse incolebat non palatum aut aedem palatiatam, sicut de familia Liguo retulimus, sed domum ordinariam aptatam conditioni sueae oeconomicae et moderatis gentis suaæ necessitatibus. Ecce ergo circa illius habitaculum nonnullae adnotationes, innexae S. Alfonsi visitationibus plus minusve periodicis:

i. - Quoniam D. Ioannis domicilium non raro quaerebatur frustra a S. Alfonsi amicis vel nuntiis (9), ipsem monebat per epistolam mense septembri an. 1736: « Quel mio penitente, il Signor Giovanni Oliviero, ha mutato casa. Ora sta a Forcella, al vico detto *sopra muro* » (10). Indicationes « adproximativaæ »: siquidem urbis regio, quae etiam hodie contradistinxitur viâ Forcella necnon viâ « Vicaria Vecchia », includebat confinibus suis monumenta, institutiones vel aedificia, quae afferuntur a coaevis ut ex eorum vicinitate reperiatur D. Ioannis habitatio, v.gr: « Conservatorio di S. Onofrio alla Vicaria » (11), « Porta Capuana » (12).

(8) Supra in hoc fasciculo.

(9) Cfr T. FALCOIA, *Lettore*, 314-316. Agitur de mensibus augusto et septembri an. 1736, cum nempe D. Ioannes mutarat suum domicilium, sicuti nos monet die 26 septembbris S. Alfonsus in nota sequenti. Ceteroquin mater ipsa S. Alfonsi die 2 septembbris an. 1737 alludit ad epistolarum quasi diritorium (*ufficio*) domus Olivieri, dum filio proponit familiae desideria: « Andai à dirittura alla casa di Giovanni e trovai la lettera tua colla data di 9 di giugno... Maria Francesca ti ha buscate 20 messe e le vogliono di morti per le anime del Purgatorio... Maria Francesca dice che ti vuole vedere e non occorre dire che ai da fare: che t'ai da trattenere un giorno apposta per darli questa consolatione e dice anco che la raccomandi a Giesù ». AG XXIX. VI. rr (Int. 22). - Maria Francesca Cavalieri erat sanctimonialis, soror matris S. Alfonsi. Cfr *Spic. hist.* 2 (1954) 293.

(10) *Lettore di S.A.*, I, 57. - Procul dubio S. Alfonsus praemonuit etiam matrem suam, quae die 2 septembbris anni sequentis 1737 rescribebat ad filium: « Figlio mio: certo che t'ho pianto: però io mi posi in volantino et andai à dirittura alla casa di Giovanni e trovai la lettera tua colla data di 9 di giugno e l'orologio: e questa mattina fù una tempesta così grande d'acqua, tuoni, lampi, grandini e l'acqua, impetuosa: e io tra il tempo della tempesta me la feci entro un portone ». AG XXIX.VI.rr (Int. 22). - Epistula edita est a P.e O. Gregorio in *ephem. S. Alfonso* 19 (1948) 193-194.

(11) T. FALCOIA, *Lettore*, 313. Vocabatur quoque simpliciter « alla Loggia » (233) aut « Beneficiata alla Loggia » (237). Hanc domum prospexit quidam testis dicens: « Stando poi di nuovo [S. Alfonsus] in Napoli abitando in casa del defunto D. Gio. Oliviero, napoletano, casato, di lui penitente, che allora abitava in un palazzo vicino alla Vicaria ». AG XXVI, 65.

(12) « Nel 1747, Portatosi col P. D. Celestino [de Robertis] dopo mezzo giorno, da Porta Capuana, dove si abitava in casa di D. Gio. Oliviero, dal marchese Brancone che abitava nell'ultimo appartamento in S. Giacomo degli Spagnuoli ». AG XXVII, 46 (Int. 23).

2. - Attamen idem S. Alfonsus post tredecim annos, nempe mense martio an. 1749, alludit ad novam (ut videtur) D. Ioannis mansionem, cuius ubicatio praemonstratur solito stylo genericō illius aetatis: « Giungendo in Napoli, vada in casa di D. Giovanni Oliviero, che sta al vico del monastero della Madonna, un poco più sopra, all'incontro al parlatorio, al porticino che sta sempre serrato » (13). Epistolae huius editor valde probabiliter erravit legens ac proponens « Madonna » pro « Maddalena », sicuti nuncupat monasterium sacerdos D. Salvator Tramontano, dum memorat S. Alfonsum Neapolim an. 1750 pro Anno Sancto praedicaturum advenisse « col compagno Carbone ed abitava nella casa di D. Giovanni Olivieri, vicino alla porteria Vecchia delle Monache della Maddalena » (14).

3. - Denique postremis vitae suae annis habitasse D. Ioannes praesumitur in domo, apud quam suum ultimum testamentum condidit, haud procul a collegio « Sinensium », prouti expresse connotatur a notario. Rediit ergo in angiportus et viculos, ubi fervente iuventa habuerat obvium sanctum Dei famulum, quo succurrente ac duce superavit saevas mundi procellas.

3. - *D. Ioannes Olivieri, S. Alfonsi Fundatoris atque scriptoris adiutor.*

Ultra servitia occasionalia iam recensita, aderant alia quasi permanentia, quandoquidem D. Ioannes Olivieri enixe nitebatur cooperari bono Instituti nascentis atque diffusioni et publicationi librorum S. Alfonsi necnon Ven. P. Ianuarii Sarnelli. Ex quo enim S. Alfonsus initio mensis novembbris an. 1732 profectus est Scalam, ibidem inauguraturus primam sedem Congregationis suae missionariae, sine mora D. Ioannes consideravit domum suam neapolitanam non modo quasi Fundatoris diversorum, uti supra diximus, sed etiam tanquam totius operis apostolici « agentiam » sive procurationem metropolitanam, apud quam semper praestō erat locus pro epistolis dandis vel recipiendis, pro nuntiis remittendis vel sumendis, immo et pro mercibus atque involucris (*pacchi*) cuiusque generis convehendis.

Fundatoris gaudia atque infortunia Scalensis novit D. Ioannes ex angulo suo neapolitano: siquidem versus mensem iulium an. 1733, postquam e Scala discesserant primi socii S. Alfonsi, huic rescripsit Ven. P. Ianuarius Sarnelli, valde probabiliter ex Collegio « Sinensium », ubi erat convictor: « Qui sta il Signor Olivieri, che deve partire al corriere » (15): et cum quo certo certius communicaverat Sarnelli angores suos de Instituti alfon-siani schismate per eamdem epistolam transmissos.

Idecirco nihil stupet quod sequenti anno 1734, translatis a S. Alfonso

(13) *Lettere di S.A.*, I, 163.

(14) AG XXV, 17b. - Dichiarazione del sacerdote D. Salvatore Tramontano. - Monasterium S. Magdalene situm erat in vico « dell'Annunziata », haud dissitum a via Forcella. Cfr C. CELANO, *Giornata III*, 263.

(15) AG Epistolae Ven. Ianuarii Sarnelli, ed. Kuntz, f. 37.

tentoriis suae Congregationis in Villam Liberi prope Calatiam (*Caiazzo*), compieramus D. Ioannem nostrum saepe sollicitum de negotiis Instituti: hinc etenim favet vocationi atque itineri cuiusdam sacerdotis Leccensis (*Lecce*), inhiantis sese adscribere militiae alfonsianae: pro quo colloquuturus adiit Rev.mum Falcoia in sua sede Castri Maris (*Castellammare*) (16); quin etiam, post duos menses in Castrum Maris rediit, exsequiturus S. Alfonsi mandata ad animas efficacius iuvandas (17). Itiones ergo, si haud crebrae, at non rarae: quae supponere sinunt alias plures biennio 1734-1735, quod egit S. Alfonsus in dioecesi Calatina.

Interea D. Ioannes cooperationem praestitit Neapoli eximio Instituti sodali Ven. P. Ianuario Sarnelli, qui ex tunc grandia moliebatur pro christiana gregis Christi regeneratione atque pro spirituali pastorum incremento. Sine dubio, etsi documenta silent, adstitit annis sequentibus D. Ioannes praelio Sarnelliano contra publicam morum depravationem et contra blasphemiae vitium per regiones propagatum: ex opposito manent in archivis indicationes super D. Ioannis collaboratione Ven. P.i Sarnelli elargita usque ad huius obitum (1744) et ultra, utpote quae respiciebat librorum Sarnellianorum editionem, divulgationem, conservationem in domus suae receptaculo (*magazzino*) ac demum transmissionem pecuniae, per venditiones aceratae, heredibus heroici missionarii, potissimum sanctimonialibus Scalensibus (Doc. I).

Iisdem probabiliter diebus an. 1744, quibus mense iunio pie obiit Ven. P. Sarnelli, converterat attentionem suam D. Ioannes Olivieri ad aureum S. Alfonsi libellum: *Visite al SS.mo Sacramento*, cuius prima editio facta est publici iuris sub finem praefati anni, et quidem cum titulo: *Pensieri ed affetti nelle Visite al SS. Sacramento ed alla sempre Immacolata SS. Vergine Maria per ciascun giorno del mese*. - Ex S. Alfonsi monito praenoscebamus extitisse virum anonymum, cuius precibus morem gesserat auctor opel-lam eucharisticam augendo (18), simulque talem virum induxisse sibi in animum illam publicandi suis sumptibus (19). Quaestio ergo agitata est circa identificationem huius equitis (*gentiluomo*) anonymi, quem plures di-

(16) T. FALCOIA, *Lettere*, 191, 194, 200.

(17) *Ibid.*, 206: « E' venuto [Olivieri] ad accompagnare Suor Maria con la sua madre ». Agebatur de puella, S. Alfonsi olim filia spirituali, quae conservatorium Castri Maris ingredi debebat (*Ibid.*, 208).

(18) In monito ad lectorem scribebat piissimus auctor: « Avendo io posto insieme alcune delle seguenti riflessioni ed atti per raccolgimento de' giovani della nostra minima Congregazione nel fare, secondo le nostre costumanze, la Visita in ogni giorno al Santissimo Sacramento ed alla B.V. Maria; e ritrovandosi un divoto secolare a fare gli Esercizi Spirituali nella nostra casa, egli l'intese leggere, gli piacquero e volle che per bene comune si stampassero a sue spese: onde mi obbligò ad accrescerle, acciocchè i divoti se ne potessero servire per ciascun giorno del mese », *Visite al SS. Sacramento*, ed. critica, Roma 1939, 290.

(19) Ad revisorem opellae canonicum D. Iosephum Sparano innuebat S. Alfonsus die augusti an. 1744: « La prego a lasciare ogni altra cosa e sbrigarmelo, dovendo sapere che lo stampa un divoto per limosina e, se passa tempo, temo che si spendano li denari e non si stampi ». *Lettere*, I, 95.

stinctum voluerunt nomine D. Ioannis Olivieri (20). Extra scopum meum vagatur hodie retractare ex integro argumentum, pro cuius solutione nondum quadrant examussim cuncta elementa (21).

E converso ac procul dubio constat plane, ad perennandam D. Ioannis memoriam, huius fulcimentum oeconomicum an. 1749 porrectum edendis S. Alfonsi *Adnotationibus in Medullam Hermanni Busenbaum S.I.*: volumen haud levis expensae ac ponderis, utpote conflatum LXIV, 1032 columnis (in 4° minore), praeter indices atque appendices. Iam vero in operis fronte, ad calcem primae paginae, praemonetur aperte: « *Expensis D. Ioannis Olivieri* ». Forse miramur quod S. Alfonsus, fere anxius de anonymo benefactore opellae eucharisticae pro quo expostulat lectoris preces, nullum adhibeat verbum grati animi erga maecenatem hunc magis conspicuum: reipsa vero humilem ac per quam modestum. Hinc S. Fundator efferre maluit archiepiscopum Compsanum (*Conza*) Rev.mum D. Iosephum Nicolai, cui dicavit opus in gratiarum actionem pro recentiore Instituti fundatione apud Caputisiare (*Caposele*) intra dioecesim Compsanam.

Qui operi edendo nummos admoverat D. Ioannes Olivieri, idem et manus et cor admovere perrexit pro eiusdem diffusione. Casus quadamtenus curiosus praebetur vergente ad finem eodem anno 1748. Delectus erat P. Andreas Villani, qui cum Fratre coadiutore sibi socio Romam peteret, apud S. Pontificem tractaturus de approbatione canonica Instituti alfonsiani. Optima sane occasio ad propagandum in Alma Urbe opus nuperrime editum: seu melius, ad praelargienda eiusdem exemplaria tanquam S. Fundatoris atque auctoris donum et quasi tesseram praesagam optimae suae doctrinae coram magistris Curiae Romanae. Hunc in finem, etsi infirma utebatur valetudine, D. Ioannes providit ligandis apprime voluminibus Romam portandis a P. Villani, qui miranda obstrictus paupertate emendicavit saccum viatorium (*valigia*) D. Alexii Crescenzi, leviri (*cognato*) et hospitis praecitati D. Ioannis (22).

(20) Cfr KUNTZ, *Commentaria*, II, 249. Disputatio nata est et diu regygravit circum nomina D. Ioannis Olivieri et D. Iosephi de Liguoro, genitoris S. Alfonsi. - Cfr O. GREGORIO, *Ricerche intorno al libretto alfonsiano della « Visita al SS. Sacramento »*. I. Il devoto secolare che finanziò la 1^a edizione: Spic. hist. 4 (1956) 177-182.

(21) In prima et secunda (1748) editione libelli S. Alfonsus, in praecitato monito ad lectorem, ipsum deprecabatur: « Ti prego... di raccomandare al Santissimo Sacramento questa persona e me: o morti o vivi che semo, giacchè noi abbiamo desiderato il tuo bene ». Nunc autem, a tertia editione (1749) expuncta fuit deprecatio pro « questa persona ». Quanquam tacent documenta, certo certius D. Ioannes Olivieri accessit quandoque ad Iurianos (*Ciorani*) pro exercitiis spiritualibus peragendis.

(22) Cunctas has res minutias enarrat P. Villani in suis epistolis, Neapoli datis diebus 2 et 8 novembris: « Il cartesino [folium ad opus divulgam] è stampato ed è venuto senza errori... S'inviano 300 cartesini. - D. Giovanni [Olivieri] sta meglio. Li libri non si sono ligati, perchè lo legatore voleva denari, ma oggi appletterò D. Giovanni che vada a rimezzare. Fate la carità per il primo comodo di mandare a prendere la balice di Garzillo ad Iliceto... mandatela qui a D. Giovanni, perchè io mi ho presa quella che teneva lui, ch'è di D. Alessio di Crescenzo... Mi sono presa quella del cognato, e forse fra breve li servirà ». Cfr KUNTZ, *Commentaria*, III, 307-308.

4. - D. Ioannis Olivieri obitus an. 1759.

Ex hucusque delibatis mente effingimus agendi et vivendi rationem D. Ioannis usque ad obitum suum protractam: operibus bonis impensam, sodalitio S. Catharinae a Formello addictam, animarum profectui vigilem. Hanc vigilantiam attingimus in quodam libro, iterum suis curis edito an. 1750, videlicet: *Della Discrezione degli Spiriti. Operetta Istruttiva, Illuminativa e Direttiva per regola e cautela delle anime... e per gli loro direttori*, 2^a ed. *Ristampata dal Sig. D. Giovanni Oliviero*, Napoli, A. Pellecchia, 1750, p. 412. Neque in praefatione neque in conclusione exhibetur quidquam ad nomen et meritum D. Ioannis extollendum (23).

Denique tandem ad finem vitae suae properavit D. Ioannes, quem invenisse tradit P. Tannoia « aetate ingravescente » oneratum (24). Memor itaque fuit sui in Domino moderatoris et patris, id est, S. Alfonsi, cui nuntium misit de sua valetudine in peius abeunte. Advolavit Neapolim sanctus missionarius, hospitalitatem dilecto clienti spiritualiter repensurus, cui dixit se libentius ei vocanti quam cardinali paruisse (25). Huius visitationis testimonium coaevum, confirmatum existimamus ex verbis ipsius S. Alfonsi, rescribentis die 25 mensis maii an. 1759 ad quamdam sanctimonialem: « Ora mi sono ritirato da Napoli » (26). Pius autem obitus D. Ioannis Olivieri contigit die 7 eiusdem mensis et anni (Doc. IV). Vir supra modum dignus, qui recolatur in annalibus S. Alfonsi: tanto enim magistro ac nauclero effugit procellosos mundi scopulos ac se recepit in sereno aeternitatis portu.

DOCUMENTA

1

D. Ioannes Olivieri an. 1744 transmittit monialibus Scalensis legatum testamentarium Ven. P. Ianuarii Sarnelli.

Arch. delle Suore Redentoriste, Scala. Cod. 15: Libro delle polizze (dal 1736).

Banco della Pietà. E per me li suddetti docati venti li pagherete alla R.da Madre Superiora del Ven. Monastero del SS.mo Salvatore della città.

(23) Exemplar huius secundae editionis invenimus in bibliotheca abellinensi (*Avelino*) C.SS.R. Cfr M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie générale des écrivains rédemptoristes* II 376 n. 19.

(24) « La sua conversione fu tale, che addivenne uno de' più ferventi penitenti; e conosciuto da me in età avanzata, era di una santità singolare ». A. TANNOIA, *l. cit.*, 42. « Fortasse illo aevo videbatur vir sexaginta annos natus: sin autem D. Ioanni senescenti aggeras annos, eosdem ponderare quoque debes proportionaliter in sua conversione juvenili (*giovanelotto*). »

(25) « Questi [S. Alfonsus] l'amava teneramente: venuto a morte chiese del P. D. Alfonso. Vi andò e li disse: Se il cardinale mi avesse chiamato, non ci sarei venuto: solo per te l'ho fatto. - Suor Angela attesta averlo inteso da suo fratello D. Giovanni », AG XXVII, 30.

(26) *Lettere*, I, 417. - Ad editorem venetum Remondini significat se mense martio atque initio aprilis fuisse Neapoli commoratum. *Ibid.*, III, 89, 91.

di Scala: e dite sono a conto di docati cinquanta, li quali li sono stati lasciati dal fu D. Gennaro M^a Sarnelli, atteso li altri docati trenta, compimento di docati cinquanta, se li pagaranno da quanno in quanno qualche cosa la volta, come se venderanno li libri dell'opere fatte di esso qm. D. Gennaro, giusta la sua disposizione nel testamento fatto. E così pagarete, e non altrimenti. Napoli 4 settembre 1744.

Giovanni Oliviero.

II

D. Hercules de Liguoro an. 1747 mutuatur 500 ducatus a D. Ioanne Olivieri.

Arch. di Stato, Napoli. Not. Giuseppe Ant^o Venetozzi, an. 1747, f. 407v.

[*Ad instrumenti oram:*] Emptio introitum pro D. Ioanne Oliviero, viro et legitimo administratore D. Margaritae Crescenzi, pro Ill.o D. Hercule de Liguoro.

1. - Die decima sexta mensis septembbris millesimo septingentesimo quadragesimo septimo Neapoli... Costituti l'Ilmo Sig. D. Ercole de Liguoro... E'l Sig. D. Giovanni Oliviero, marito e legitimo amministratore della Sig^a D. Margherita Crescenzi... Esso D. Ercole asserisce possedere... [*Fit elenchus bonorum, quibus solvere potest mutuum*]. Aggiunge qualmente bisognandoli la somma di doc. 500... li ha richiesti a d^o D. Giovanni... come dotali di d^a Margherita... [*ex quibus*] aliena la somma d'annui doc. venti a ragione del quattro per cento... [*Pergunt prolixae pactiones*]. Praesentibus...

Huic instrumento adnectitur copia instrumenti posterioris, quo notarius D. Franciscus Luigi Montemurro dicit: « Fo fede qualmente mediante istromento per mano mia del 4 agosto 1767 il Sig. D. Ferdinando d'Atri, marito della Sig^a D. Margherita Crescenzi, prima moglie del qm. D. Giovanni Oliviero, dichiarò aver ricevuto dal Sig. D. Ercole de Liguoro doc. cinquecento... ».

2. - Ibid. f. 441. - Eodem die vigesima secunda mensis septembbris millesimo septingentesimo quadragesimo septimo Neapoli... Costituti il Sig. D. Giovanni Oliviero... E l'Ilmo Sig. D. Ercole de Liguoro... Esso D. Giovanni Oliviero confessa aver ricevuto dal d^o D. Ercole mutuo gratis et gratia doc. duecento, e per essi ann. doc. dodici alla ragione del sei per cento...

III

Testamentum D. Ioannis Olivieri an. 1759 conditum.

Arch. di Stato, Napoli. Not. Giuseppe d'Aiello, an. 1759, f. 36v.-39.

[*Ad instrumenti oram:*] Testamentum nuncupativum pro D.no D. Ioanne Oliviero.

Die quarta mensis maij millesimo septingentesimo quinquagesimo nono Neapoli, et proprie in domo infrascripti D.ni D. Ioannis Olivieri, ex dominibus R.di D. Joseph Loffredi, sitis in viculo dicto vulgariter sopra li Chinesi [sic]. A richiesta fattaci per parte del Sig. D. Giovanni Olivieri di questa città di Napoli personalmente ci siamo conferiti nella sua casa, e propriamente in sua stanza delle case del R.do Sig. D. Giuseppe Loffredi sistente sopra.

li Chinesi, dove habbiamo ritrovato d° Sig. D. Giovanni infermo di corpo, giacente in un letto, sano per la divina grazia di mente, memoria, udito...

E vuole che il suo estinto cadavere sia sepellito nella Ven.le Cong.ne di S. Catarina a Formello, dove si ritrova indegno Fratello, con quel solito accompagnamento etc.

Esso Sig. D. Giovanni instituisce, ordina e fa e con la sua propria bocca nomina sue eredi universali e particolari le mag.ce D. Angela et D. Teresa Olivieri sue carissime sorelle sopra tutti e qualsisiano suoi beni mobili, stabili, oro, argenti, denari contanti, nomi di debitori, esiggenze et ogni altro che al presente le spetta e può spettare per l'avvenire.

Item ordina d° Sig. D. Giovanni Testatore che si dicano subito seguita la sua morte cento messe per la salute dell'anima sua in quelle chiese, dove meglio parerà a dette sue Eredi, et con quel elemosina che similmente li parerà e piacerà per essere così sua volontà.

Item esso Sig. D. Giovanni Testatore vuole et similmente ordina e comanda che rispetto alla Sig.ra D. Margarita Criscienzo sua carissima moglie, subito seguita sarà la sua morte, che le si debbano dare le sue doti, antefato (27) et ogn'altro che de jure alla med^a spetta per essere così sua volontà.

E finalmente esso Sig. D. Giovanni Testatore lascia Esecutore del presente suo testamento et quanto in esso stà disposto le medesime suddette sorelle D. Angela e D. Teresa Olivieri, sue carissime sorelle et Eredi come sopra istituite, quali vogliano mandare in effetto quanto sta disposto senza autorità giudiziaria per essere così sua volontà.

Et havendo richiesto io pred^o Notar se esso Sig. D. Giovanni voleva lasciare qualche cosa al Real Albergo de' Poveri di Sua Maestà (Dio guardi) al borgo di S. Antonio Abbate, dixit non habere che lasciarli (28). De quo quidem testamento et legatis ut supra dictus D.nus D. Ioannes requisivit Nos quod publicum conficere deberemus actum. Nos autem...Unde...Praesentibus...

IV

Bonorum Inventarium testamento D. Ioannis Olivieri adnexum.

Arch. di Stato; Napoli; Not. Giuseppe d'Aiello, an. 1759, f. 39-42.

[*Ad instrumenti oram:*] Inventarium bonorum qm. D. Ioannis Oliviero.

Die octava mensis maij millesimo septingentesimo quinquagesimo nono Neapoli et proprie in domo qm. D. Ioannis Oliviero...Ad preces nobis factas pro parte D.narum D. Angelae et D. Theresiae Oliviero, sorores [*sic*] ...asse-

(27) A die 30 octobris an. 1617 vigebat prammatica de Antefato, quae pro summa totali cuiusque dotis constituebat eiusdem antefatum, id est, ratam partem intangibilem et partem centesimam (*percentuale*) donationis. Cfr *Dizionario delle Leggi*, I, Napoli 1788, 46.

(28) Eiusmodi opus, a Carolo Borbone atque ab eiusdem consiliariis aulicis atque ecclesiasticis promotum, indigebat oeconomico totius regni auxilio: quapropter ex prammatica prima die 25 februarii an. 1751 data propositum fuit quod notarii testamenta perfecturi insinuarent testatoribus donationes in beneficium magni Xenodochii facientes. Cfr *Dizionario cit.*, 26. Re autem vera testatores, incipiendo a nobilioribus et ditoribus, respuebant communiter notarii insinuationes, sicuti saepius comprobavi in eorum instrumentis.

ruerunt coram Nobis die septimo elapso currentis mensis et anni, sicut D.no placuit, D.num Ioannem earum fratrem diem clausisse extremum, condito prius testamento nuncupativo, in quo instituisse easdem suas universales et particulares Eredes [sic]... Ideo...

[*Inventarium constat sex foliis, sed scopum nostrum minus congruit: unde solummodo connotamus sequentia:*] .

1. - Non desunt tabulae depictae religiosae in cubiculo privato sive « camera del letto ».
2. - Inter obiecta mobilia praestant « una tabacchiera d'argento, una spada d'argento ».
3. - Pro officio quo fungebatur inveniuntur « molte scritture attinentino al suo Officio d'Amministratore della Regia Impresa [?] con alcuni accertati di docati cento ventuno... ». - Item : « In una camera detta la Dispensa molti stampati di diversi libri spirituali ».
4. - Denique transcribimus ad verbum sequens compendium :

Crediti: Dall'Ill.mo Sig.r D. Ercole de Liguoro doc. 500 con le loro annualità in vigore di d° stromento, al quale...
 Dal m.co D. Francesco Albano doc. 300
 Dall'eredi di D. Nicola Majelli doc. 100

Pesi: Alla sud^a D. Margarita Crescienzo, vedova del fù D. Giovanni doc. 1000 dotali in vigore de' capitoli matrimoniali. Antefato che de jure.